

ἄγαλμα, εἰκόνα. Chald. צלמא imago. Respexit noster Pro-
pheta sculptilia Chaldæorum, de quibus Jerem. loquitur
Cap. LI. 17. *Pudore afficitur omnis artifex a sculptili, quia
mendacium est conflatile ejus, nec est spiritus in iis, vanitas
sunt, opus irrisionum, tempore visitationis eorum peribunt; &
v. 47. Propterea ecce venient tempora, & visitabo sculptilia Ba-
bel.. Non prodesse idola dixit quoque Jefa. Cap. XLIV.
9. Fictores sculptilis omnes sunt vanitas, & chara eorum non
proderunt, & testes eorum sunt, quod non videant, neque co-
gnoscant ut pudore afficiantur.*

Conflatile. Hebr. מסכה Massecha est a נסך, præter alia
significat: *conflavit* LXX. χωνευεῖν *conflare* Esa. XLV. 10.
Jer. X. 13. Cap. LI. 17. Inde מסכה est *conflatile*, χωνευμα
χωνευτός. Chald. מתכא conflatile. Vitulus Aaronis appel-
latur vitulus מסכה fusionis Exod. XXXII. 8. Fortasse re-
spexit Propheta statuam auream, quam statuit Nebu-
cadnezar in campo Dura, vid. Dan. Cap. IV. 1. seqq. im-
primis Cap. V. 4. ubi dicitur de Chaldæis: biberunt vinum,
laudarunt Deos aureos, & argenteos, æreos, ferreos,
ligneos, & lapideos.

Sacerdosque mendax Hebr. ומורה שקר & doctor men-
dicii, fraudis. LXX. h. l. aliter vertunt: formaverunt
illud conflatile φαντασίαν ψευδῆ imaginationem falsam;
quæ versio hæc Hebræa præsupponit מסכהו מורה שקר
fundens illud imaginationem falsam. ר ex מורה retraxerunt,
ad מסכה, ut factum sit Particip. Hiph. cum suffixo הו
Veram lectionem exhibet Vulgatus: *Conflatile & imagi-
nem falsam; nec non Chald. conflatile & numen falsum.* Hebr.
מורה denotat *doctorem.* Sym. vertit ὑποδείκνυς common-
strator Ps. LXXXIII. 8. & νομοδότης legislator Ps. XXXV. 13.
Legitur de Prophetis falsis Esa. IX. 15. & *Propheta* מורה
שקר *qui docet mendacium.* Et II. Paral. XV. 3. legimus:
Dies